HOMILIARIUM
Admont (?), 12. Jh. Seite 60r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ea operandum erat ab spu sco. colloquio discit angelico.
nec dampnu credit pudoris di genitrix mox futura. Cur
eni de conceptionis nouitate desperet, cui efficientia de
altissimi uirtute pmittitur. Confirmatur credentis fides et iam
peuntis ad testatione miraculi. donaturq; elisabeth fe
cunditas. ut qui conceptu dederat sterili non daturus du
bitaret et uirgini. Uerbum igitur di ds filius di qui in principio
erat apud dm per quem facta sunt omia. et sine quo factu
est nichil propter liberandu hominem ab eterna morte fac
tus est homo. ita se ad susceptionem humanitatis nre sine
diminutione sue maiestatis inclinans. ut manens quod
erat assumeret qd non erat. uera forma seruiei forme in
qua do patri est equalis uniret. et tanto federe naturam
utramq; conseruaret. ut nec inferiorem consumeret glo
rificatio. nec supiorem minueret assumptio. Salua igitur
proprietate utriusq; substantie et in una coeunte psonam sus
cipitur a maiestate humilitas a uirtute infirmitas ab
eternitate mortalitas. et ad dependendu conditionis
nre debitu. natura inuiolabilis nature est unita passibili.
Deus qui est uerus homo uerus in unitate dni temperatur. ut qd
nris remediis congruebat unus atq; idem di hominuq;
mediator et mori posset ex uno. ex altero. Merito uirginee in
tegritati nichil corruptionis intulit partus salutis.
quia custodia pudoris fuit editio ueritatis. Talis igitur di
lectissimi natiuitas decuit di uirtute et di sapientia xpm.

et resurgere